



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Est corpus animale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

scias, quomodo ex grano mortuo exori-
antur culmus, & multæ spicæ, & grana, cur
queris modum resurrectionis? Simul au-
tem significat, ex paruis puluisculis reli-
ctis, tamen totum corpus rursus aedificari,
sicut ex nucleo ingens arbor oritur.

Est corpus animale.

Corpus ψυχικὸν significat uiuens ui-
ta, quæ alitur cibo & potu, & habet
actiones omnium potentiarum, etiam nu-
tritiuæ. Forma loquendi ex Genesi sum-
pta est, Factus est Adam in animam uiuen-
tem, hac uidelicet uita, quæ habet functi-
ones omnium potentiarum animæ, etiam
nutritiuæ. Tale corpus nominat & χοϊ-
κόν, quasi dicas, testaceum, à χάρῃ quod
ollam significabat, quia adhuc terrestrem
& mutabilem naturam habet. Aliud au-
tem corpus, quale erit post resurrectio-
nem, nominat spirituale, non quod prior
materia non restituatur, seu quod sit re-
ducta in nihilum, sed quod restituta uiuat
iam uita spirituali, id est, non functionibus
potentiae nutritiuæ, nec sit mutabilis, &
mortalis sicut testacea, sed sit perfusa Spí-
ritu, & alio modo uiuat quam antea, sit lu-
cida, pura, non mutabilis, non mortal is,

R 5 habens

I. EPISTOLA AD

habens actiones animæ rationalis, sensu-
um, adpetitionum, locomotivæ, que
omnes ardent Spiritu sancto, ut cum ex
materia lychni sit flamma, accensa ab igne.
Ita & hæc nostra massa accensa à spiritu
Christi sit spiritu alis. Ideo dicit hunc ho-
minem coelestem esse, id est, accensum spi-
ritu Christi, & similem iam Christo.

Ὥν σάρξ καὶ ἀιματοσιλεῖαν θεός κλη-
ρονομία σὺν ὃν δύνανται.

*Quia caro et sanguis regnum Dei
hereditare non possunt.*

Articulus est in Symbolo, Credo n-
surrectionem mortuorum, quo ad-
firmamus singulos homines resurrectos
esse ex morte, electos ad salutem æta-
nam, impios ad cruciatus æternos, ut ex-
pressè dicit filius Dei in capite Iohannis.
Omnes qui in monumentis sunt,
audient uocem eius & procedent,
qui bona fecerunt, in resurrectione
nem uitæ, qui uero mala egerunt, in
resurrectionem iudicij. Et Roma-
14. dicitur: Omnes stabimus ante
tribunal Christi, Item Vnusquilibet

que
Dec
festa
sti, u
gessi
I
ses in
resurg
mus,
piem
ni.
sicut
nitu
solue
bure
tur,q
uersa
nante
filij L
resur
eosd
caro
pref
reder
die d
circa